



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. III. An professio mariti invitâ, vel ingorante uxore facta, & vice versa  
uxoris, invito vel ignorante marito post consummatum matrimonium, sit  
valida, & ad quid obliger.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

redire debeat, etiam si hæc votum continentia jam fecisset, cum voti talis absolutus valor à professione securatur alterius dependeat, tanquam à conditione.

## §. II.

An professio emissæ à conjugi cum licentia alterius conjugis, manentis in sacculo, sive cum voto castitatis, sive sine illo, sit valida?

**R**espondetur validam fore, modò cum consensu manentis in sacculo fuerit facta, quamvis nec religionem hæc, si juvenis, aut de incontinentia periculo suspecta fuerat, ingressa fuerit, nec votum continentia in sacculo manens emiserit, si senex fuerat, & extra incontinentia suspicionem, prout communiter sentiunt Canonistæ, & probant ex canonice Agathosæ 21. caus. 27. q. 2. &c. ex parte 9. junct. Gloss. verbo de jure b.i. cùm illicita quidem dicatur à jure talis professio, non tamen invalida, si consentiente uxore facta sit; & hinc, si maritus talis, qui cum licentia quidem uxoris professus est, hac tamen non profiteente, nec votum continentia faciente, per Episcopum ad uxorem hanc suam redire jubeatur (quod facere posse Episcopum, ob incontinentia periculum, ex parte uxoris, ex cit. c. 1. pater) exigere quidem non potest debitum, neque post mortem hujus suæ conjugis ad secundas nuptias transire, ob impedimentum dimitens voti, reddere tamen debitum conjugale, conjugi huic suæ debet, cùm per licentiam transeundi ad

religionem concessam, suo juri, quod habet ad petendum debitum, legitimè non cesserit, neque votum continentia fecerit, nisi conscientia uxori juris disponens, de suo etiam in religionem ingressu, aut vovenda continentia, licentiam profundi matito dedisset; hoc enim in casu revocari vir non posset, cum uxoris talis licentia in ordine professus, quamvis uxor suam postmodum obligationem, quam merito, dando licentiam marito, cum tali conscientia juris, in se suscepisse censeretur, non impletat, prout iterum colligitur ex cit. c. 1. b. t.

## §. III.

An professio mariti invitâ, vel ignorantie uxore facta, & vice versa uxoris, invito vel ignorantie marito post consummatum matrimonium, sit valida, & ad quid obligat.

**R**espondetur non valere quidem ramificationem professionem post consummatum matrimonium, invitâ, vel etiam ignorantie, aut contradicente alterâ thorice parte factam, ita ut mortuâ hac comparte suâ ad religionem transire non teneatur, qui taliter professus est, obligare tamen talem professionem in via simplicis voti continentia; ita ut taliter professus petero non possit postmodum debitum, quamvis reddere teneatur, & post mortem hujus sue compartis perpetuam continentiam servare teneatur, c. Quidam. 3. &c. Placer. 12. b. t. cùm in tali casu præjudicium quidem inferre non potuit per professionem talem suæ conjugi, quia tamen, invitâ etiam conjugi, vovere potest continentiam, id quod

quod potuit facere, meritò fecisse censetur; neque tamen exinde inferre licet, ergò etiam professio religiosa, quamvis non valeat in vim professionis religiosæ valebit tamen in vim simplicis voti religionis: Negatur enim hoc illatum, cùm conjugatus durante matrimonio inhabilis sit ad tradendum se religioni ( sive per professionem, sive per votum simplex hoc fiat) perpetuò suz conjugi alligatus, à qua discedere non potest, sine illius consensu; ad petendum autem debitum, sicuti non tenetur, durante etiam matrimonio , ita per votum potest illam licentiam sibi adimere , durante etiam matrimonio : quod si tamen uterque conjux in religione profiteatur, non obtentâ mutuâ licentia, videtur valida utriusque professio , quia ipso facto censi possunt licentiam sibi mutuò dedisse.

## §. IV.

*An professio conjugati facta, cum licentia alterius conjugis, per metum tamē, aut dolum obtentā, sit valida, & an etiam, si sit facta, altero coniuge sciente, & tacente, ac dissimilante, tenet?*

**R**espondetur primò nullam esse professionem, si licentia ad profundum ab altero coniuge per metum gravem & injustum, vel injustum dolum extorta sit e. *Veniens 16. &c. accedens. 17. b. t. junct. Glossa V. votis*, ita ut taliter professus , voto quidem simplicis continentia obligetur, non tamen religiosâ professione , & si ad sacerdolum redire velit, post mortem sue prioris conjugis, à qual licentia profundi taliter extorta fuit , aliud matrimonium ( validè

saltem ) contrahere possit , prout dictis etiam iam patet. Cùm enim professio debet esse libera, & nihil dubit, consequenter etiam ea , quæ ad talis professionem requiriuntur, ut regimur cœssio hæc , sive licentia, libera cœssio (libertate debitâ) & absque dubio.   
¶ Secundò ita itam quidem effectum professionem mariti v. g. si uxor ne-  
prese in eam consenserit, dando licen-  
tiam , neque positive contradicat, ut  
repugnabit , sed tacuit, & dissimulat  
(cùm in tali casu valde prejudicial re-  
turnitas non habeatur pro consentitur)  
tamen semper, dum vixit, tacuit, &  
maritum non revocavit, validatur ex de-  
tentia probabili ipso facto talis professio,  
si postmodum uxor moriarum, cùm im-  
pedimentum valida professionis, mat-  
rimonium scilicet, ablatum sit, & consenserit  
10. b. t. ex probabilitate tamen, doce-  
latur per solam conjugij mortem ob-  
lis professio , sed requiritur nova pro-  
fidentis consensus, tacitè , vel expedit  
ratificans primam professionem, qui-  
scivit esse nullam, cùm solo trahatur  
poris , & per solam mortem uxoris pro-  
fessio prius invalida , non censetur ve-  
lidari ob magnam professio religiosa  
difficultatem.

## §. V.

*An votum simplex continentie, si uno coniuge, cum licentia alterius, per matrimonium consummatum, vel ad utroque communem consensu emplam sit validum, & licetum, & ad quid obliget?*

**V**alide & licetè hæc talia vota, vel ad uno coniuge cum consensu alterum,